Limpia la harina

El [illegible]cado de Isabel [illegible]

De mal

331
30

Copiese la portada.

M. S. 4.º perg.l con 252 pág.s y una hoja de portada, desencuadernado

completo.

✠

Methodus

opinionis simpliciter probabilis usus.

Conscientia

opinioni absolute probabili tutò innixa.

Disputatio unica

quę Doctorem quęrit Angelicum in 1.a 2.æ quęst. 19. artic. 5.o atque etiam Angelicum invocat ductorem.

S. Aloysium Gonzaga, cui conscientiam nram ex animo committimus ut Angelica eam dirigat Magisterio probatissimoque tueatur ipsemet patrocinio.

Authr. P. Blasius Lopez Societ. Jesu. scribebat Fran.cus Xaverius Zebreros purpuratus Alumnus in hoc Immaculatę Conceptionis B. V. M. Theologorum Sęcularium Collegio Theologus.

Incip. die 12. Octobris anni 1762.

Disputatio una

De conscientia innixa opinioni probali hujus et moderato usu.

Sectio 1a

Accurata probabilitatis imago.

Vestros ante oculos, juvenes optimi, sistit imago hec veris adumbrata coloribus. 1º ex limine cande dignoscatis, licet, ac prorsus necessary est. Scopus scilicet prefigendus, in quo studiose mentis acies colimet. Adest probabilismus, astat probabilitas. Displicet ne vobis probalistary nomen? Pudebit ne eisdem admiscere conjungive? ne vos precor terreat difficultas. Maxima est, non diffitear. Expanza ingenue, veres. testat., contravertis, liceat ne sequi sententiis probabilis, et minus tutiorg. relicta probabiliore, et tutiore, esse difficilimg, et astrusissimg in omnes quest.es de moribus seu speculativas, seu practicas: nam suponit cognitione speculativa maxima circa mores, et est universalissima regula circa omnes actiones practicas. 1.

2.

Cardenas ase

R. P. Blasius Lopez Theol. moralis.

2. vexat, q. mãa de probabilitate res ẽ obscura, et valdè metaphysica, quę multas subest reflectiones mentis. Fatet, et La-Croix, q. dõna vertia hęc celeberrima ẽ hoc tpôre, et summè momenti; ideòq. diligens tractanda in utramq. partę. Sed vestris quam viribus, atq. ingenijs suppeditanda fuit materies Adolescentes mei, quis n̄ placet ex facili lecta corona jugo. Vobis tamen magna petentib. brevissimũ designat tpus ad discurrendũ. Breviori, qua fas sit, via procedendũ nobis est. Unica seligitur disp. quę unq veluti vasim probabilismi stabiliendũ credimi propugnandoq. Quod equidẽ fausto numine, si assequamur. precipuas saltẽ capita, quib. probabilismus et propugnatur et impugnat, perstringem̄, libatim, expendem̄.

3. Opinio pbabilis, quidq. alij dicant, est judiciũ incertũ nitens motivo absolutè, et respectivè gravi. Exigit q. judiciũ neq. sit certò verũ, neq. certò falsum: q. nitat motivo gravi magni videlicet momenti, idoneo utique p. se, ut virũ prudentẽ, aptèque dispositũ

ad mag. percipiendum determinet ad assensum: quo. in omnibus sit absolutè, et in se graue, non ex accidente uti ex vehementi passione, aut pertinatia: quod sit graue respectivè, seu non motiui oppositi; si enim hoc sit certum, illud non respectivè graue manebit, imò penitus eliditur. Probabilitas autem non incongruè explicabitur, falibilis, et magna aparientia veritatis circa aliquod objectum.

Divisiones opinionis probabilis multæ sunt, quæ oportuno venient loco exponendæ modo nequit pretermiti ingenis, quæ versatur differentia opinionis inter probabilem probabiliorem, probabilissimam, et moraliter certam. Probabilis nuper expressa fuit: probabilior est, quæ nititur fundamento graviori; at cum prudenti formidine fundamenti oppositi talis ut contraria non desinat esse verè probabilis, gravis quo verisimilis: probabilissima primas inter probabiles obtinet sedem, licet non excludat omnem prudentem formidinem, quod possit esse vera contraria opinio: opinio, siue potius sententia moraliter certa, quæ omnem omninò formidinem facilitatis videtur expellere, et cujus opposita improbabilis videtur.

8

5. Et, quid Auth.s in delectu opinionu libertati faventiu? Alij illicitu senserunt omnem opinandi usum adeò ut neq.e liceret amplecti opinionē inter probabilem probabilissimam; tutioristæ rigidi vocant, damnatique fuere ab

„ Alexandro 8.o in propne 3.a non liceat sequi opi-
„ nionem inter probabilem probabilissimam. Alij judicarunt, neutiquā licitu esse usu nisi opinionis probabilissimæ, cujus oppositu nullus nisi leve motibus videat habere; vocant tutioristas mitiores n damnati; paucissimi tamē sunt. Isti existimant, licere uti opinione, quæ validiori nitatur fundamento; nuncupant probabilioristæ. Alij denique credunt, licitu esse usum opinionis solidæ probabilis in concursu opinionis æquè probabilis, ac etiā probabilioris.

6. Hinc tutioristæ, probabilioristæ, ac probabilistæ magna nostro seculo nomina, triaq.e literarii belli fulmina strenuissimeq.e phalanges. Contendimus nos in Scyllam non incidere atq.e Caribdim devitare. Justo habentes odio tunc laxitatē, tum nimiū rigorē medium adeòq.e tutissimum inimus viā pro

babilismi amantes. At verò ut decet, Theologos, nõ clamoribus, sed rationibus dimicandum ẽ, nõ dicendis, sed argumentis. An probabilioristæ aliqui moderni invehant in Nostrates, quasi laxas conscientiæ habenas concedentes, dijudicent alij. Neque licet, neq. vacat verba repellere verbis. Inani negotio tempus insummeret.

7.

Ata iterũ atque iterũ precor enixè, vobis defigat̃ mente vera probabilismi effigies. Unica regula, ut sæpè, et optimè animadvertitt P.r Carolus Noceti tom. 2. veritatis vendicatæ cap. 15.o unica regula probabilismi est, licitũ ẽẽ sequi opinionẽ solidè, certò, et practicè probabile faventẽ libertati in conflictu æquè probabilis, vel probabilioris faventis legi. Qui alias regulas probabilismo affingunt, probabilismum se nunquã intellexisse luculentissimè ostendunt. Paulo antè animadverterat in celebres, ac doctos nunc tporis scriptores: commodius (nõ mea Noceti verba sunt) commodius fecisset P.r Concina, si relictis irrisorijs declamationibus et humanisticis interrogationibus, Theologica

6.

methodo, ac ratione questionis pertractasset.

8. Nostra itaque methodus erit multiplici theologica ratione probabilismum in unica sua regula, vel vim, ac veluti medulla stabilire, & propugnareque. Multiplex nostra ratio impugnatur & impugnat &c. En uber ad disputandum materia. En etiam in qualibet ratione deffendenda plurima nostrae principem stapantes assertionem, nimirum licitum esse usum opinionis solide, sero & practice probabilis in concursu tutioris, probabilioris que.

Sectio 2.a
Lex dubia non obligat.

9. Prima haec ratio efficacissima est: lex dubia non obligat; sed quamdiu adest juditium probabile, quod nulla sit lex, lex dubia manet, atque in dubio legis manet cum possessione libertas: ergo. Quoties dubium est, ait Sanchez, an impositum sit preceptum naturale, divinum, vel humanum de aliqua re, non obligari du

vitamus, quod donec constet de precepto, possideat
conscientiae libertas. Juris humani, inquit
Melchior Canus impugnans 2° de peniten
tia sententiam peccatorem obligantem ad actum
contritionis in quolibet festivo die, jus huma
num nullum est, aut Evangelicum, quo hoc precep
tum asserant, proferantur, et tandem:::::: quoniam
ignoro unde ad hanc opinionem DD. illi vene
rint, libere possum, quod non satis explorate
preceptum est, negare. 10.

Ut verum fatear, ait Marti
nus de Prado in prefactione ad quest. mora
les, cum pro neutra parte aliquid convincens, qua
parte stet veritas, asserere, curabo opiniones benig
niores amplecti, vel earum probabilitatem indicare,
cum animarum salus impediatur (ut notatur in glosis
constitutionum Ordinis Predicatorum) nimia austeri
tate in opinionibus; terrentur enim homines ob hoc
in tantum, ut salutem negligant: qua propter relax
anda est, quantum fieri potest rigiditas. Pre
terea existimo inquit Suarez disp. 12 de cons
cientia probabili illum errorem sufficientem, quod quam
diu est judicium probabile, quod nulla sit

R. P. Blasii Lopez theol. morali.

8. Lex prohibere actionem, talis lex non est sufficienter proposita homini; unde cum obligatio legis sit ex se onerosa, et quodammodo odiosa non urget donec certius de illa constet. Neque contra hoc urget aliqua ratio: quia tunc revera non est contrarie pars tutior quoad Conscientiam, neque ibi est aliquod dubium practicum, nec periculum.

11. Stultissimi est hominis, inquit Lactantius, lib. 3. institutionum cap. 27, praeceptis eorum velle parere, quae utrum vera, an falsa sint, dubitatur, et ideo nemo paret: quia nemo ad incertum vult laborare. Praeterea dicitur cap. cum in jure 31º de Officio, nisi de mandato certius constiterit exequi non operis, quod mandatur. Sic ipsi ait S. Leo Papa Epistola 92. ad Rusticum Narbonensem, quae vel dubia fuerint, aut obscura, id noveris sequendum, quod nec praeceptis Evangelicis, nec decretis S. S. Patrum invenitur adversum. Inde curam, inquit S. Antoninus parte 1. tit. 3. et benignum circa praecepta servanda benigna est potius, caeteris paribus interpretatio facienda.

Confirmatur V. doctrina: si daretur 12.
lex prohibens sequi opiniones probabiles, sem-
perque obligans ad tutiores, vel probabiliores, nam
lex, et quidem generalissima foret: quae latere mi-
nime deberet plerosque homines sensorum bonae
fidei, ejusmodi legem non dari profitentur cum ex Ad-
versariis teneant multi, non dari in jure nam
invincibilis ignorantiae. Non ne damnandi erunt
errores, culpabiles, tantique malitiae tot quot
probabilismum defendunt? Secundo non inventio
legis post diligens plurimorum Doctorum exa-
men, tam longo tempore elapso evidens signum
est, quod talis lex nullatenus existat: ergo.
Res 13.
pondent: sola praesisse incertitudo legis neutiquam
sufficit ad negandum illius existentiam, nunc
quia ex tali incertitudine potest oriri dubium
practicum, in quo non licet operari, tum quia licet saepe
incerta sit lex, sensorum tamen debet stare in
possessione, proindeque obligare. Praeterea: posse-
tio libertatis nihil aliud est, nisi dominium,
quo gaudet homo ad ponendas actiones
suas; dominium autem istud praevalere non potest

9 10.

adversus dominium Dei absolutum, excellentiamque ejus circa easdem actiones. Deinceps: Divina permittit ut in tali circumstantia operetur homo cum dubio: unde nequit resultare in illo, nisi jus dubium tunc operandi. Atqui operari cum dubio, an sit jus agendi, est peccatum.

11.

Contra 1.m 1.o si dubium practicum exoriatur, deponi potest per rationem probabilem de non existentia legis. 2.o ad solvendam contra legem contra incertam sufficit ratio vere probabilis. Contra 2.m 1.o idem met potest affirmari in casu ejus majoris probabilitatis. 2.o Dominium a Deo nobis concessum ad ponendas actiones est nobis certum: minime hoc impedit, quamdiu judicamus prudentem Deum et tales actiones permittere, et libertatem nostram nequaquam coarctare. Contra 3.m 1.o idem ejus valet in majori probabilitate contra legem. 2.o judicatur positive, prudentem esse, dari talem permissionem: quare non jus dubium, sed saltem vere probabile datur.

13

Sectio 3.a

Objectiones in contrarium.

15.

1.a S. Thomas e-
" quodlib. 9. artic. 15. ait: respondeo dicendum, quod om-
" nis quaestio, in qua de peccato mortali quaeritur,
" nisi expresse veritas habeatur, periculose determinatur:
" quia error, quo non creditur esse mortale id quod est, conscientiam non ex-
" cusat a toto, licet forte a tanto. Error vero, quo
" creditur esse mortale, quod non est mortale, ex conscientia
" ligat ad mortale. Praecipue autem periculum
" est, ubi veritas ambigua est, quod in hac quaestione
" accidit:::::::: in jure namque divino non invenitur
" determinata expresse. Inferunt: igitur D. Thomas
non excusat eum, qui sequitur opinionem probabilem
libertati faventem, ubi veritas est ambigua. In-
ferimus nos: quod docet S. Doctor, quod ubi veritas
non invenitur expresse determinata, de peccato mortali
non est damnandus. 16.

Optima erit responsio expositio S.ti
" Antoninus parte 2. tit. 1. cap. 11: notandum est quod
" dicit S. Thomas in quadam quaestione de quodli

12.
" betur, 2.º quaestio in qua agitur de aliquo ac
" tu, utrum sit peccatum mortale, vel non, non
" nisi ad hoc habeatur authoritatem expressam Scrip
" turae Sacrae, aut Canonis Ecclesiae, vel evi
" dentem rationem, non nisi periculosissime determinatur
" nam si determinet, quod sit ibi mortale, et non
" sit mortale, peccabit, contra faciens, quia omne
" quod est contra conscientiam, aedificat ad gehen
" nam. Sed hoc 2.º videtur sane intelligendum,
" quando errat ex crassa ignorantia: secus si ex
" probabili puta, quia consuluit peritos in tali
" materia, a quibus dicitur illud tale non esse
" mortale; videtur enim tunc in eo esse ignoran
" tia quasi invincibilis, quae excusat a toto.
Et hoc quantum ad ea, quae non sunt expresse
" contra jus divinum, vel naturale vel contra Arti
" culos Fidei, et decem praeceptas, in quibus ig
" norans ignorabitur.

17. 2.ª omnis actio ut honesta
sit, conformari debet legi aeternae: ergo si proba
bilis difformiter aparet legi aeternae, honesta esse
non potest. Respondet: duas ut P. Terillo distin
guendas sunt in Deo leges aeternas, alia absoluta

p.^r se, sive an̂s; altera subsequens, sive per ac cidens. 1.^a procedit independenter ab errore humanę mentis; 2.^a dependenter ab errore. Per legem antecedentę Deus vult, talia observari; at n̄ vult, p.^r consequentę astringi eos, qui in invincibili ignorantia versant.^r Deus itaq.^e vult, hoñes teneri ad suas leges 2.^s q.^d sunt in eorũ conscientia. Undè distinguendũ est an̂s: conformari debet legi ęternę subsequenti, seu prout est in conscientia; dist.^o antecedenti, seu prout est in se; nĝat, imò suppositũ, quod pro casu dubij detur lex antecedens obligans. 18.

Perpendite: quando clamant Adversarij, licitũ non esse sequi contra legẽ opinionẽ faventẽ libertati, implicant in terminis: quotiescumque si quidẽ lex adsit, quę aliquid vetet, releganda est procul opinio libertati favens; at verò prius tunc probanda ê legis existentia. Apponam exemplũ in lege ista: in diebus festis opera servilia sunt illicita. Quęro nunc: qui credit, die festo licitũ esse depingere, sentit nè, licitũ esse

12 depingere contra legem? Neutiquam. Credit sane quod pingere non est opus servile. Hinc perperam arguet, qui teneat pingere esse opus servile, si contendat, non esse licitum pingere: quatenus est contra legem, cum de ejusmodi lege dubitet. Melius asseret, quod contrariae opinio militat non contra legem, sed contra sententiam eorum, qui defendunt, quod tali casu adest lex, pingere prohibens. Sequentes igitur opinionem pro libertate agunt non contra legem, sed contra sententiam affirmantium, legem adesse.

13 Ob. 3ª libertatis possessio praevalere nequit possessioni Dei, qui antecedenter habet hominis dominium; atque adeo homo agere non potest, nisi quod Deus ei permiserit. Resp. Respondet N. verum est, quod possessio Dei, seu divinae legis praeferenda est possessioni libertatis, quando constat de lege. Caeterum cum de ea dubitatur, atque probabile est, quod lex non adsit, parere non tenetur homo, cui concessum est a Deo suae libertatis dominium. 2º lex divina prout ab aeterno a Deo constituta prior est utique hominis libertate: legis

obligatio ē in tpōre, libertati posterior: quippè lex promulgata, significativè hōi jā in sua libertate cōstituto, ut p[t] juxta illud Ecclesiastici 15. versic. 14: Deus ab initio cōstituit hōm, et reliquit illud in manu consilij sui. Adjecit mandata, et precepta sua, si volueris mandata servare conservabunt te.

2a. 2.ª ac xioma illud nobis pergratum, qd in dubio melior ē cōditio possidentis, procedit duntàxat in māā justitiæ, n̄ verò in alijs. Respondeo: opposita sententia cōmunissima ē, ut videri potest apd La-Croix, vel Moya. Procedit enim in alijs materijs 1°, quià ido ē motibus; sicut etenim in māā justitiæ melior est cōditio possidentis quatenus possessor hbēt jus certum in re, quo expoliari nequit per jus dubium alterius, ità pariter in alijs. 2°, quià possessor, ut ait P. Sanchez ē titulus universalis omnibus virtutibus, eo modo quo aliqua pars pōalis justitiæ, ut obedientia Dei (~~tribunal~~) transcendit omnes virtutes. Quarè si injustum foret privare in

dubio possidentem jure suo, similiter injustè erit legis hominis, sua possessa libertate privare.

21. Instant: eatenus melior est conditio possidentis, quatenus possessio firmat praesumptionem, quod possessor verum habeat jus: atqui hoc tantum evenit in materia justitiae, non aliter. Respondetur ejusmodi regula non praecisè, nec asserit duntaxat, quod in aequali casu, caeteris paribus sit possessoris, sed quod melior actu est conditio possidentis, quae quidem praebet possidenti speciale jus: quia spoliare aliquem possessione rei odiosa est, quae in dubio peragi nequaquam debet, et quia nemini imponenda est obligatio certa, cum incertum est debitum, et quia sicuti occupatio est justus titulus rei possidendi, ita possessio eandem retinendi: possessio siquidem nil aliud, quam jus insistendi in re non prohibita possidere, ut definiunt Juristae: ut possessor, ipso D. Augustino rectissimè dicit, quamdiu se possidere ignorat alienum.

Sectio 2.ª

Lex, ut obliget debet esse sufficienter intimata.

22. Atinc 2.ª ratio: Licet existeret fortasse lex, quæ prohiberet sequi probabilia, illa tamen lex non ē sufficienter intimata, promulgatavé: ergo non obligat. Conâ docet ab omnibus cum S. Thoma 1.ª 2.æ quæst. 90. artic. 4.º ad hoc quod lex virtutem obligandi obtineat, quod ē proprium legis, oportet, quod aplicetur hominibus, qui secundum eam regulari debent. Talis autem aplicatio fit, per hoc quod in notitiam eorum deducitur ex ipsa promulgatione. Unde promulgatio ipsa necessaria ē ad hoc, quod lex habeat suam virtutem. Idem docebatur ab Angelico Magistro quæst. 17. de veritate artic. 3. et idem stabilitur â Graciano cap. in istis dist. 2: leges instituuntur dum promulgantur conspicua inxe nè innocentium.

23. Probatur ant.: sufficiens promulgatio, publicatio ē externa, scilicet quæ legis existentia fit subdito certa, manifestaque: quippè in dubio, an detur lex, abstat contra R. P. Blasium Lopez th. mox.

18. ex impositione libertati; sed n̄ datur talis publicatio ex-
terna legis, prohibentis sequi probabilia. Probatur: ex dubitat, pru-
dens de existentia talis publicationis; imò ex probabiliter negat talis
publicatio, ipsa n̄ datur; atqui sic dubitat, et negat talis pu-
blicatio: Probatur: prudens dubitat, an existat talis lex prohibens,
atque probabile ē n̄ existere ex certum sit, plurimos nega-
re, et certum sit sententiam negantem ēē probabilem: ergo.
Pro antecedenti sufficiat modo, Terillus ex omni ætate, statu, et con-
ditione Auth. citare 200. plerosque à se visos: Iuvat
addere 25. aliosque multos Moya supra addere.

22. Ita quod plures
equidem sunt, qui defendunt, legem dari, quæ permittit sequi
probabilia, atque in rei veritate probabilium ē, id ipsis licere, ut in
posterum patefiet: ergo lex permitens ē magis promulgata,
quam opposita prohibens. Urgetur: si lex prohibens vel lata, vel
sufficienter intimata fuisset: veritas sanè ejusmodi legis
innotuisset post tantas inquisitiones: n̄ innotuit. Quidquid con-
trarium plures probabiliorem credunt, quod ipse Moya de opinio-
ne probabili quæst. 6. num. 11. hanc, inquit, ego amplector,
quod probabiliorem judico, quod proindè, qui censent tuta
conscientia, ipso omnium theologorum sententiam amplecti
poterunt, et à peccati periculo immunes exeunt.

25. Ratio traditæ doctrinæ

manifesta est. Legis promulgatio ad legis essentiam pertinet. Quando vero dubitatur de promulgatione, de lege enim dubitatur: quare sicut lex ut obliget, certa esse debet, pariter promulgatio, quae legis constitutiva est. Optime propterea S. Leo Papa cap. sicut quaedam dist. 120: in iis, quae dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec praeceptis Evangelicis, nec decretis SS. PP. inveniatur adversum. Optime Innocentius IV. cap. cum est: non peccat mortaliter qui sequitur intellectum alicujus gravis Authoris, dummodo tamen error versetur circa subtilitatem legum: subtilitatem inquam, hoc est dictum aliquod obscurum quod Interpretes diversissime declarant, et exponit Panormitanus. 26.

Quidvis igitur ubi de lege prohibente praedicto modo certus est, prout ei libuerit, operari utique potest. Dicendum, dicit S. Thomas quaest. 17. de veritate artic. 3°, quod conscientia procul dubio ligat. At videndum autem quomodo ligat, sciendum, quod ligatio metaphorice á corporalibus ad spiritualia sumpta necessitatis impositionem importat; ille enim qui ligatus est,

20. necessitatem habet consistendi in loco, ubi ligatur est, et aufert ei potestas alio divertendi: Infert: ergo qui per intimationem, aut scientiam non est ligatus á lege, sivè praecepto, gaudet potestate divertendi quo vellit.

Sectio 5.ta

Objectiones contrariae.

27. 1.a D. Thomas 1.a 2.ae quest. 90. artic. 4. inquit: illi coram quibus lex non promulgatur, obligantur ad legem observandam, inquantum in eorum noticiam devenit per alios, vel devenire potest promulgatione facta: ergo ut lex obliget, necessarium non est, quod particulari cuilibet intimetur; satis erit, communitati esse intimatam. Respondetur: inficiatur nemo, sufficere, legem, ut particulares obliget, fuisse aliquando communitati intimatam. At requiritur semper, ut particulares teneantur, quod legis intimationem norint factam communitati: si quidem ad legem obligantur inquantum in eorum noticiam devenit. Caeterum quo modo dici poterit sufficiens intimata illa

lex, quæ in Sapientiæ dixoverit?? 28.

2.ª cum dubitat de lege prohibente aliquam actionem, dubitat ꝯ, an homo in potestate sit suæ libertatis ad illam exequendam. Respondet: qdo lex nõ ê certa, libertas possidet, et nõ ei indicitur actio post adhibitam diligentiam ad veritatem inveniendam, donec ipsi constet de lege prohibente. Qdo verò certa sit lex, dubitet quê de revocatione, servanda ê indubio, donec de revocatione constet: quia nimirum tunc lex possidet. Homo itaque ab omni culpa immunis ê, si de lege, vetante incertus sit. Quamvis etenim dictã legem fortè existentem exeret, invincibilis eum excusat ignorantia.

3.ª 29.

nõ requiritur promulgatio in lege divina, sicuti requiritur in humana. Respondet: lex sivè humana, sivè divina debet ut obliget, esse sufficienter promulgata, nota aplicatavè quoad nos, prout vocare volueris: quippè si pbabile ê, aliquam legem nõ eê, neque esse sufficienter promulgatam, ad illam nemo tenetur, cum indubio legis nrã possideat libertas. At pbabile ê, imò probabilissimum,

22. legem sequendi tutiora, aut probabiliora non adesse, neque esse sufficienter intimatam. Interea certum est, quod Deus intelligitur statim, ac legem edidisse, simul eandem evulgasse taliter ut ipsam dignoscentes statim ac sciunt, observare teneantur. Non ita Superiores humani, qui possunt post editam legem velle, ut obliget non nisi pro promulgatione; ita tamen ut possint, postquam tulerunt legem et mutare consilium, et nolle adeoque subditos constringere, ipsamet non evulgata. Certum est hoc. Sed quid?

30. 2.a leges naturales, et divinae sunt aeternae, sunt priores libertate nostra, adeoque adversus hanc praecellenti gaudent possessione: ergo in dubiis cum existant, standum erit pro illis contra libertatem. Confirmatur: quia praedictae leges favorabiles sunt ut pote summe utiles; et favorabilia sunt amplianda. Respondetur distinguendo antecedens: leges aeternae, si sint certae, sunt priores, et possident contra libertatem; concedo: si incertae sint; nego antecedens. Si tota legis essentia, ejusque praedata sint dubia, dubia pariter erit ejus prioritas ac possessio. Duo hic opportune offer-

randa. 1.º divina lex sufficienti indiget notitia per revelationem, predicationemve facta. Similiter lex naturalis, partim remotè per ipsam naturam rationalem, in qua recidet, partim proximè per dictamina rationis nobis etiam innotescere debet. 31

2.º lex naturalis prout est in Deo rationem legis non habet proximè nisi compleatur per legem naturalem prout in Creatura. Lex naturalis juxta D. Thomam nil aliud est, quam conceptio homini naturaliter indita, qua dirigitur ad convenienter agendum in actionibus propriis. Unde ipsa nec habet rationem completam legis, nec possidet antequam supponatur ex parte Creaturae dictamen, aut cognitio. Simili modo licet detur legem positivam prout est in Deo, esse simpliciter ab aeterno; non tamen possidet erga singulos, si apud singulos cognita non sit. 32 lex illa possidebit, si probabilius sit, legem naturalem, aut divinam non existere? Ad 3.um respondetur sufficere probabile esse, legem non dari, ut haec in dubio positivo non compleatur, nec possideat favorabiliter; sicut sufficit in casu opinionis probabilioris de non existentia legis.

22. 32. 5.ᵗᵒ si talis lex non foret nobis sufficienter intimata, agere contra illam non quidem esset transgressio materialis. Confirmatur 1.º requisita tali promulgatione frustra erit omnibus theologia moralis: non licitum erit sequi omne, circa quod dentur diversorum theologorum opiniones. 2.º frustra Deus dedisset legem, quae est sub opinionibus, si noluisset saltem illum, qui ut judicat, aut judicare potest probabiliter dari legem, lege obligari. Respondeo: si non sit lex, non est transgressio materialis legis ut in mente legislatoris, et ut promulgatae aliquod saltem, pia condescendo omnibus cum ignorantia invincibili cujuscumque degier.

33. Ad 1.am confirmationem: scire necesse est, an dentur motiva probabilia, et an hic certo probabilia sint. Illis est intenso studio nec veritas directe quaeri potest, nec certa probabilitas inveniri. Ad 2.am Deus eo ipso, quod voluerit, legem esse sub opinionibus noluit ad illum obligare; si enim voluisset, certam dedisset notitiam. Nec frustra ejusmodi dedit legem. Quae sub opinionibus est, est materia Concilii. Quarsinis

ē obligare, vel certò, vel probabiliter. Hinc Deus quaestà dedit legem, rnâ quae ē opinio probabilior? Respondeant Adversarij. 32.

6: quod probabilius est, dari legem, probabilius etiam ē, dari sufficientem ejusdem promulgationem: ergo obstat? 1.º cum adsint rationes firmiores, quae probant, et legem ēē, et obligare, communis sensus, et recta ratio dictant, legem servandam. 2.º reprehensione dignus ē servus ille, qui nihil aliud vellit exequi praeter illud, quod certò sciat à suo Domino praeceptum. 3.º lex divina ē sufficienter intimata illi, qui habet majus fundamentum ad decernendum pro illius existentia. Respondetur: lex proximè non obligat, nisi moraliter certum sit, legem existere, vel non esse probabile, illam non existere; alioquin libertas possidet contra legem. Sed licet probabilius sit, quod lex ejusque promulgatio existat, certum non ideo moraliter est, legem existere; imò, ut supponitur, probabile manere. Et undè nam probatur, dari legem constringentem ad tutiorem, vel probabiliorem? Sententia nostra saltem probabilior est. 33.

Ad 1.º 3.º [illegible]

ur: neque sensus communis, neque recta ratio dictant

26. legis tunc ex obligatione observandæ, cum non debeat sufficiens promulgatio legis obligantis ad probabiliorem. Ad 2m ingenue laudo utique dignumque efficere gratiora Deo aut intentiora, quæ quidem ** servus optime se gereret, si ageret, quæ suo Domino magis placere dignosceret. Verumtamen imprudens sibi desingeret, ipsumet ad omnia esse obligatum, de quibus dubitat, an Dominus præceperit. O quam nunc exclamatio Ligorii: utinam Christiani leges certas servarent, in eis addant incepta! Sicut enim Deus præcepit, nihil e lege auferendum, ita nihil addendum, ut Deuteronomii 4o versu 2: non addetis ad verbum, quod loquor vobis, nec auferetis ab eo.

** proprii commodi, et non obligationis

36. Ad 3m quamvis judicare possum probabilius legem existere, mihi certo probabile est legem non existere; atque adeo prudens possum opponere contra legem. Lex itaque certo obligat, unde ipsa certo constat. Obligat probabiliter, cum tantum probabiliter constat. Velle, laudatur nemper, inquit Ligorius; vellent autores rigidæ sententiæ multos obstringere ad observandum tam quæ leges omnes illas opiniones, quas probabiliores pro lege ipsi esse dubitant. Autores autem nostræ sententiæ volunt, leges servari ut

leges, opiniones autem ut opiniones, quæ nunquam vim legis habere possunt.

Sectio 6.ª

Operans ex probabili non esset practicè dubius de honestate actionis.

37.

3.ª ratio: obligatio sequendi probabiliora, aut tutiora eatenus juxta Adversarios daretur, quatenus operans ex probabili esset practicè dubius de honestate actionis; falsum est hoc: nam habet judicium probabile directum de honestate actionis, habetque insuper, ac insimul ultimum dictamen certum de honestate actionis: ergo. Minor duo complectitur atento studio dignissima. 1.º quod ad honestè operandum est, ac debet esse moraliter certum dictamen ultimum practicum etc. In hoc conveniunt DD. Doct. omnes. 2.º quod ante operationem servanda est praxis ejusmodi dictaminis ritè efformandi.

1.º constare debet ex S. Thoma ad conscientiam exigente, ut in nullam dubitationem adducatur; conscientiam vocante aplicationem scientiæ ad actum,

R. P. Blasius Lopez Theol. mor.

28 et asserente Conscientia includere scientiam. De
incepi, qui operatur judicio practico tantum pro-
babili sit judicium, cui innititur, posse esse falsum:
ergo certum non est, se non peccare formaliter: ergo se exponit
periculo peccandi formaliter, atque adeò contemnit
virtualiter legem. Ulterius ultimum conscientiae dictamen
tribunal eminet irrefragabile, ut homo vel
absolvatur ut ... innocens, vel ut nocens damne-
netur; atqui dictamen tantum probabile non est irre-
fragabile, cum possimus illud revincere, ut neque
convincens, neque necessitans intellectum. Insuper, qui sum-
ptus patitur, aut suspicione peccati, debet pri-
us se resolvere saltem operitè;

32 Atqui existimans
tantum probabiliter aliquid esse licitum, patitur ut plus
quam suspicione, aut scrupulum, an illicitum sit
idem, cum utrimque militent solida motiva: nisi
ergo aliundè certior fiat de honestate operatio-
nis, peccabit. Denique: ut absit procul peccandi pe-
riculum, debet quis dignoscere, verum esse, quod
nimirum operando juxta dictamen probabile non pec-
cet; sed per ultimum dictamen hanc sua diriget ope-
ratio: ergo haec ultima cognitio erit dictamen practicum

idq. certū saltē moralī, saltē, inquā, moralī certū: impossibile namq. ē erga omnia agibilia habere dictamina metaphicè, aut phicè certa: unde cū Deus impossibilia n̄ jubeat, sufficit dictamina habere moralī certa, ut cōmunissimè omnes. 20.

2.o parū astabit, si aliquis observent regulæ: 1.a intendens ex probabili operari, certus eē debet, opinionē libertati faventē eē verè pbabilē. Nec sufficit, q.d aliquis mente recolens opinionē sciat, fateaturq; aliquos docere, quod liceat pingere die festo v.g. Requirit q.d n̄ dubius maneat, et veluti nutans sententiam in affirmantē et negantē; tunc etenim nullū efformavit conscientiæ, neq. judicium certū sibi de hac restare operationis. Ulterius progrediendum ē. Sē practicè resolvere debet omninò. 2.a nec sufficit opinio pbabilis, imò nec probabilior ut ultimò efficit dictamen conscientiæ. Certum hoc debet esse, ut operatio honesta evadat, si eidem cōformetur. 21.

3.a ejusmodi dictamen nequit deduci ex probabili opinione tamquā ex una premissa: deducendum ē ex duabus premissis certis; aliter dictamen dimanans ex una premis-

30. tantum probabili, ut patet sequenti devisione, quia est ejus tantum probabilis. Praeterea: nequit esse ultimum dictamen syllogismus hic: actio non servilis licet die festo; pingere est actio non servilis: ergo licet. Hanc ob causam praemissarum una, ex qua dictamen oritur, respicere debet ut objectum opinionem probabilem non in quantum affirmet, quod illa sit vera, sed quod sit vere probabilis. Minime vero ad operandum unusquisque defatigandus est, ut dialectice sibi construat reflexivum discursum. Sat est, quod sciat, se operari juxta probabilem opinionem: quippe tunc virtualiter, sufficienterque sibi procudit ultimum dictamen morale certum.

22. Ergo quomodo elaborandum est dictamen hoc? en multiplici modo: quod prudens judico mihi hic et nunc licere, certum est mihi hic, et nunc licere; sed prudenter judico mihi hic et nunc licere pingere die festo: ergo certum est mihi hic et nunc die festo licere pingere. Hoc prudenter judico, quod judicant
16 viri gravissimi, et periti; sed hi judicant, mihi hic et nunc die festo licere pingere: ergo. Licita est mihi omnis actio, quam post honestum examen prudenter judico non esse prohibitam: atqui

ità judico mihi n eē prohibitam hanc aut illā actionē: ergo. Quod viri prudentes dicunt eē licitū, quodque sic eē persuadent rationes gravis momenti, hoc prudens judico eē licitum; viri prudentes dicunt hoc vel illud esse licitū, atque id ipsū persuadent rationes gravis momenti: ergo.

Sectio 7ª

Objectiones contrariæ.

93.

1ª ex S. Thomas 1. 2ª quæst. 96. artic. 1. respondendo ad 3.m in rebus contingentibus, et humanis talis sufficit certitudinem ad hoc ut aliquid sit verū, ut in pluribus, si licèt interdum deficiat in paucioribus hoc ē, sat ē, quod probabilius sit; atqui quod de lege dicit, potius dicendū de dictamine conscientiæ. Idē docet S. Doct.r 2ª 2æ quæst. 70. artic. 2. Resp.. certi enim.d in nrā sententia, nos ex operatione n peccare; certi enim etiā de statu gratiæ, quod abst dubio ē contra scripturā, et PP. Ergo. neque erunt in nobis peccata oculta, vel dubiat

neq. scrupuli. Negat m. Licèt sufficiat ad legem humanam, quod enuntiet probabilius verum, non sufficit ad operandum 2º. illa: nam legislator et fallere, et falli potest; ideò non vitaret periculum peccandi formalis.

24. Ad confirmationem: ad summum certi erimus nos non peccare, cum hunc actum operamur! At verò cum alios operati fuimus, forsitan cum dubio, vel ex temeritate, aut vincibili ignorantiâ fuimus operati. Et quisque post peccatum ante hac commissum certus esse valet de efficatiâ contritionis seu de vera poenitentia? Ad urgentiam: erunt peccata oculta; poterimus enim delinquere, delictorumque oblivisci: erunt dubia; dubitamus enim sæpè de sufficienti conscientiæ practicæ efformatione; dubitamus, an cum timore peccati formalis processerit operatio; dubitamus, an idonea semper fuerit tentationibus resistentia: erunt scrupuli, cum sit ancietatis animi certitudini conscientiæ neutiquam inimica.

25. 2º. ad vitandum periculum formalis peccandi sat est, si præmissa morali diligentia exequar

g. mihi videt honestu; atqui premissa hac n̄ erit semper mihi certu, g. operer honestè. Ofrat: miseri, miserandique erunt ruder, ut porè, qui non sibi constituunt ultimu dictamen serititudine plenu. Urget: nemo potest esse certus: g. in tali judicio procedat sine passione: n̄ neq. quod habeat juditiu certu. Distinguit m: n̄ erit certu vi juditij directi, et speculativi; ddit: vi reflexi, et practici; ngat. Pensatis omnibus debet esse mihi probabile, g. sit licitu. Indè eo ipso certo judicabo practicè, et reflexè, ipsu mihi licitu fore.

26.

Ad Ofraons: interroga Rusticos, cur hoc, vel illud efficiant sine hesitatione? Respondebunt stati, quia licitu reputant sibi, adeo q. nullu ipsos peccatu committerer. En dictamen reflexu non pro lxpà Dialectica methodo in sillogismus efformare. Ad urgentia indirectè: multò minus certus erit in juditio directo, vel probabiliore, quod sine passione procedat. Directè ngat a meis sensio, experior, g. procedam bona fide; ideo certus mihi moralis sum, g. egomet n̄ procedo

32. expatione. Adexit forte ignorantia error ve: at erit inculpabilis erga veritatem obi, put e in se.

27. Dic

operans ex judicio prudenti n peccat; ita operat operans ex judicio probabili: hoc si quidem prudens est; licet enim fortasse non sit verum, et adest rationabile motivum, et omnis abest temeritas. Confrat: probabile dictamen sufficit ad excludendam peccati conscientiam; dicit enim quis cum operat, e mihi licitum pingere die festo; atqui impossibile e, quod cum illo dictamine aliud dictamat, quo dicat, peccatum admitto pingendo die festo. Urges: judicium directum de honestate operationis fundat, trahitque judicium reflexum, ac certum de ipsamet honestate: q excludit formidinem peccati; q sufficit se solo ad honestatem operationis. Distinguit mi operans ex judicio prudenti removente periculum peccati fralis; dic: n removente; ngat, imo suppositum, qd prudens sit: nam operat imprudens se exponens periculo fralis peccandi. Eveniet hoc, si ex judicio solum probabili operet imediate. Ngat mi Confraonis. Dr probabile

dictamen diceret quis cum formidine licitum ē mihi pingere die festo: unde per tale judicium directum nequit dicere, pingendo peccatum admitto. At per reflexum judicium, quod tendit in formidinem prioris judicii, at in cognitum periculum peccandi, dicere quis debet, se pingendo utique peccare, cum animadvertat, exponi peccandi periculo. Verumtamen judicium hoc cum priori stat: ē siquidem de alio plane objecto. 28.

Rogat 1º urgentius aliquis. Qui judicat probabile, ñ ēē servile pingere diē festo, poterit vi talis judicii credere ñ esse pro libitum pingere ea nempe ratione quod sit opus servile. At judicare poterit adhuc, periculum esse peccati formalis. Distinguitur 2º consequens: excludit fundamentalis, vel fundat judicium, quo formido excludat; dicit: formalis ex se ipso; negatur. Et tunc si ejusmodi reflexum judicium ñ detur seu impossibile sit, nemo licite operaret ex judicio directo nēque quis probabilissime cum operaret cum formidine peccati; consequenter bona fide ñ operaret. 29.

2º Qui operatur

ex conscientia invincibiliter erronea non peccat; ergo
hic non operatur ex dictamine certo: quippe dictamen
illud nec quidem verum est. Confirmatur: licet probabili-
tantum judicet Missionarius, ipsum non inducendum
ad peccandum, licite adiit Barbaros nudos suae
spe conversionis: Medicus etiam quamvis pro-
babiliter duntaxat aestimans operetur, dubia prae-
scribit medicamenta: ergo licite etiam operabor
ego unice probabiliter existimans, me non pecca-
turum. Urgetur: ergo si ad licite operandum requiritur
judicium certum de honestate, ad operandum illici-
te requiretur judicium certum de inhonestate. Ne-
gatur min. Qui taliter operatur, duplici judicio ar-
matus est et directo falso quidem, et reflexo
utique certo. Directo: ergo mendatio impediri
potest injustum homicidium, est licitum mentiri;
hic potest impediri injustum homicidium: ergo re-
flexo: mentiens ergo invincibiliter judicat esse
mentiendum non peccat; hic ego mentiens pro
impediendo homicidio invincibiliter judico, mi-
hi esse mentiendum: ergo Ultimo hoc proxime,
ac immediate regulatur operatio.

Negatur Confirmatio

nis coa. Missionarius, et Medicus certi sunt de honestate suæ operationis vi 2plicis reflexi dictaminis: 1.us q.a honestum est pro salute proximi se exponere periculo remoto maximè cum præsto adsint ex charitate operanti specialia Dei auxilia. 2.us quatenus honestum ē pro Medicis artis regulas; ij desiderant certa remedia, adhibere dubia, quæ desperatis sæpè ægris fuerunt saluti. Rpdē coā urgentiæ. Oppositum sequi videt. Cum operat aliquis sine judicio de honestate, operat inhonestè, adverterq. carentiā judicij, et si judicium reflexum n̄ habeat de inhonestate; bonum etenim ex integra caā ē, malum ex quolibet defectu. Et quid. omitat cōrr: semper adesse videt judicium certum obligationis vel operandi alij, vel abstinendi. Undè plena erit semper advertentia alicujus malitiæ, aut malitiæ in genere, sed non semper gravis. Procterea peccaret levis quis potest ex malitiæ gravis semiplena advertentia.

Deduces 51.

1.°, neutiqum requiri, judicium directum certum forè; alij vera erit propositio, quæ Alexander 8. P. Blasius Lop.z theol. mor.

38. VIII. damnavit: n̄ licet sequi opinionē vel inter probabiles probabilissimam, cy probabilissima opinio probabilitatis fines n̄ excedat. Secundo stante, q. directy judicij certy esse debeat, evanescit, perituer quaestio utrum liceat sequi opinionē minus probabilē: nisi pro una parte militet certitudo salty moralis, oppositū n̄ erit stricte probabile. Quare tota sistit difficultas in cōflictu opinionū tanty directe probabiliorū, tutiorisve, et minus vere tamē probabili. 1°. dico: quia nimis raro liceret operari 2[?] alterutrā opinionē probabile. Urgeret probabilioritas obligatio sequendi tutiora.

52. Ratio: si opiniones sint eque probabiles, vel si probabilitatis excessus pro una pte notabilis n̄ sit, abstinendy ē jx Adversarios ab operatione, sive tutius (?) amplectendy ē. Atquando dignosceā talis excessus? q. do sufficientia preponderantis motivi satis sciet? n̄ nisi rarissimè, n̄ nisi difficilimè. Incidendy igitur ē in tutiorismum. Quarto: nè credimus Adversarijs, licet asseverent, se ipsos operari ex judicio suo directo

tamquā ultimo dictamine. Hi verò certiori reflectioni innituntur. Pater Adamus Cherermeich, imo utrumque Gonzalez et Camargo. Isti equidem alii advè simile præconcipiunt juditium: Certò prudenter agimus sequendo judicium directum simpliciter prudens et probabile: quia Deus, et prudentia non obligant ad juditium certius. Juditium hoc, aut simile reflexum est. Est præterea certius judicio præcise directo.

Sectio 8.

In usu opinionis probabilis datur judicium practicè certum, licet juditium speculativum sit probabile et speculativè dubium.

53.

2ª ratio in prædicto usu adest ejusmodi juditium, si ad licitè operandum non requiritur certitudo de veritate rei, sed de honestate actionis; atqui non requiritur nisi hæc certitudo: ergo. Probatur ratio cui opponitur: utitur quis opinione probabili ritè. Juditium illud speculativum probabile, aut speculativè

20. tivè dubiu, quod habet circa rei opinatæ probabilitatẽ practicũ sit p.ᵒ aliud judiciũ certũ etiam speculativũ de honestate actionis. Judiciũ autẽ practicũ n̄ est quid diversũ à speculativo. Et utiq. diversũ à V. illo judicio speculativo respiciente rei veritatẽ. Verũ n̄ diversificat, sed conformat, ultimo judicio speculativo q. respicit honestatẽ actionis, et q.ᵈ ex omnibᵘˢ pensatis redditᵘʳ moraliter certũ, atq.ᵉ etiã, ex quo consurgit judiciũ practicũ pariter certũ. Huic rattocinandi modus subdit Ligorius, nullũ certè involvit contradictionẽ nisi apᵈ eos, qui rẽ aut n̄ intelligunt, aut contendendi causâ intelligere nolunt.

52. Optimè sanè coherent formido, et certitudo, quæ reperiunt et in judicio probabili, et incerto, cũ idẽ objẽ n̄ pertingat. Formido opinionis respicit veritatẽ, certitudo honestatẽ usus illius. Poterit siquidẽ esse dubiũ an contractus iste sit usurarius, et esse certus, è contrario licere tibi eundẽ inire ob reflexas rationes, quæ moralis honestatis certitudinẽ fundat. Si igitur apᵈ adversarios licet operari cũ probabiliori opinione, cur nobis licitũ n̄ erit sententiã nrã. usus quæ moraliter

certa est, profecto juditij hoc nihil aliud est, quam aplicatio

principij generalis ad particulares casus, qui in ipso

absoluto includunt. 55.

Enim vero si Adversarius admittat

legem duviam v.g. non obligare, supposito, quod in determinato casu

lex certa non adsit, non poterit ostendere, me ad illam teneri. Atqui ad

~~justificandam~~ legem duviam vera sufficit in contrarium proba- * constituendam

bilitas: quia licet opinio de lege sit probabilior, possum judicium cer-

tum habere, quod liceat mihi operari contra probabiliorem, dato me

habere judicium, adeo probabile, nimirum legem duviam

non obligare. Tenemur itaque sectari, et licet nobis unice

amplecti, quod probabilissimum apparet circa veritatem ho-

nestatis usus, non autem semper circa veritatem opini-

onis. 56.

Desinant, pacifice loquar, desinant Adver-

sarij et nostri judicij reflexi improvare, et exprobrare

vare nostrae sententiae reflectionibus hisce lapida-

tem omnes in operando apud ipsos palliantis,

foventisque. Sententias nostras reflexas exhivuimus,

ac exhivendus non reflexo, sed directe stabilimus ra-

tionibus, quae probabilissimam reddunt imo

moralem certam. (esta coxral lo hize, sin que

me quede durmiendo en el Coleg.º y no fui al Clase)

22. quæ probabilissima reddunt, imò morali certa. Ex-
probationibus, quas eruditus sufficit P.r Concina, mul-
tis respondet locis Roceti. Unum transcribam ex tom.
2. pag. 202: quod ait P.r Concina, negantes sen-
tentiæ (nempè esse mortale non suscipere Sacra-
mentum Extremæ-untionis, seclusio scandalo, et
contemptu) deffendere Summarum probabilistas,
familiarissimum esse, ac inanissimum artificium
ad infamandum probabilismum, ut scilicet omnia man-
ta ipsi referant accepta. Quod Antib.s sententiæ
negantis probabilista sint, de malo, ut ajunt, se
habent; perindè ac si essent Musici. Probabi-
lismum enim sistere; ut notum est, in unica senten-
tia reflexa, non plus se immiscet in senten-
tiam directam, quam se immiscet in Musica.
57. Animum pa-
rumper advertat P.r Concina. Probabilioris-
tæ non paucas tradiderunt sententias, quas
nec ipse probat. Aliquas enim improbat in Hen-
rico à S.to Ignatio, aliquas in Sechinichio,
aliquas in suo Eminentissimo Gotti, aliq.s
in suo Carolo Billuart, aliquas in nostro Co-
mitollo; et sic de alijs. Præterea: multas

absurdas opiniones dixerat docuerit probabiliorista Jansenius, probabiliorista Arnaldus, probabiliorista Vvendrochius, atque ita de reliquis. Demum: plures propositiones damnatae ab Alexandro VIII. probabilioristarum sunt. Quod Alexandrinum decretum quae acriter ussexit in nullos probabilioristas transalpinos, videri poterit in libello, cui titulus: propositiones per Belgium disseminatae jussu Congregationis S.ti Officij collectae parte 5.a artic. 2.o et 3.o 58.

